



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Via Lactea Sive Institutiones Iuris Canonici

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Præfatio Studiosis Juvenibus, ac benignis Lectoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94613](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94613)

PRÆFATIO

Studioſis Juvenibus, ac benignis LECTORIBUS.



MTRUM VIA LACTEA ſit in Firmamento? nemo, eſſi idiota, ignorare præſumitur, tum quia de ea Aſtronomi, & Philoſophi antiqui, & moderni copioſe ſcribunt; tum quia propriis oculis, dum nox ſerenat, ipſam omnes conſpiciunt; & eſt circulus ille magnus, & latus, adiuſtat Fæſciæ coruſcans, qui per tranſverſum Cælum diſcurrit, comprehenditque intra ſe, in plaga Boreali, conſtellationes Caſſiopeæ, Cygni, Aquilæ volantis, Perſei, Andromedæ, & partem Ophiuci, ac Geminorum: In Auſtrali verò Scorpi- nem, & Sagittarium, Centaurum, Argonavim, ac Aram; prout etiam conſpicitur in Mappis. Et quoniam ipſa Fæſcia tota nitida eſt, & ejus albedo ſparſi lactis præ- ſeferet ſpeciem; ex hac Nomen VIÆ LACTEÆ ſumpſit; & apud Græcos nuncupatur GAL- LAXIA, quod vocabulum Orbem Lacteam ſignificat; ut eam appellavit etiam Cicero in ſomnio Scipionis.

Tota difficultas eſt cognoscere, quid verè ſit? Siquidem (omiffis Poetarum fabulis de Phetonte, ac Lactæ Junonis, de quibus Calvus in *Proprinom. Hiſt. Verb. Gallaxia*) variæ ſunt Phi- loſophorum opiniones; & eorum Princeps Ariſtoteles opinatus eſt, illam eſſe aggregationem ex- halationum accenſarum, in ſuprema Aeris parte conſiſtentium; quæ tamen opinio ab omnibus exploditur; quippe ſi vera eſſet, aut tandem conſumptæ forent; aut non ſemper à quacun- que Orbis terræ parte conſpicerentur, & firmam diſtantiã à Polis, & ab Æquatore non ſervarent; ut fuſe diſſerit doctiſſimus Maſtrius in *Tract. de Cælo, & Meteor. diſp. 2. num. 79. & ſeqq.* Quapropter noſtro ævo, communi omnium aſſertione, receptum eſt, VIAM LACTEAM eſſe con- geriem infinitarum propemodum Stellarum, ſimul collucentium, quæ veluti maſſa quædam candicantis cujuſdam materiæ, ſe ſe oculis noſtris præbent; pulchritudinem Cæli demonſtrant, & itinerantibus indicant viam.

Ex his omnibus, (Studioſi Juvenes, ac benigni Lectores) deducere licet quinque myſticas cauſas, ob quas hæ INSTITUTIONES Juris Canonici cœleſti illi Gallaxiæ aſſimilantur: & VIA LACTEA ſint vocatæ.

Prima, & principalis eſt *Efficiens*; Omnipotentia, ſcilicet, Altiffimi Creatoris DEI; quia ſicut ab ipſa Stellulæ illæ, quæ VIAM LACTEAM conſciunt, proceſſerunt, quando Cæ- los creavit, teſte Regio Pfalte dicente: *Quoniam videbo Cælos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellæ, quæ tu fundavi.* Sic omnia Juris Canonici Decreta à Divina procedunt poteſtate, per conſeſſionem Clavium Regni Cælorum factam Petro Chriſti Vicario, & Pontificibus Romanis ejus Succelloribus: iſdem enim data eſt facultas ligandi, atque ſolvendi in utroque Foro; & in quacun- que materia concernente Animarum ſalutem; ad quam conſequendam Canones, & Con- ſtitutiones Canonice promulgantur. *cap. Sunt quidam, 25. quaſt. 1. cap. Tranſlato, De Conſtitut. Ex- travag. Ad Conditorem. de Verb. Signific.*

Secunda Cauſa eſt *Materialis*, quæ conſiſtit in numeroſitate eorundem Canonum, & Cano- nicarum Conſtitutionum. Sicut enim numerus Stellarum, quæ VIAM LACTEAM con- ſciunt, innumerabilis eſt; ita Juris Canonici Decreta, & Conſtitutiones non videntur poſſe nu- merari, ob illarum cumulum exiſtentium tum in prima, & ſecunda Parte Decreti; tum in Li- bris quinque Decretalium, in Sexto, in Clementinis, & in Extravagantibus; tum etiam in To- mis Septem Bullarii Romani: Et nihilominus hæ omnes collectæ ſunt in INSTITUTIONIBUS iſtis; in quibus tanquam in Fæſcia VIÆ LACTEÆ, & doctrinaliter quædam materias, & com- pendioſe quædam Præcepta continentur.

Tertia Cauſa, quæ *Formalis* eſt, ſumitur à claritate, nitore, & albedine GALLAXIÆ; ad cujuſ imitationem præſentes INSTITUTIONES non obſcuræ, non difficiles, non abſtruſæ, ſed claræ in ſtylo, lucidæ in explicatione, & perſpicuæ in doctrina reperiuntur; ita ut de eis in veri- tate, & abſque jactantia verificetur, quod de Nivis candore Salomon ſcripſit: *Pulchritudinem can- doris ejus admirabitur oculus.*

Quarta Cauſa eſt *Instrumentalis*; videlicet inſipientia mea in his INSTITUTIONIBUS con- ſcribendis; quæ tamen correlativa eſt ad illam VIÆ LACTEÆ; ſcilicet ad Divinam Clemen- tiam, quæ, ut teſtatur Eccleſia, *inſirma Mundi eligit, ut fortia quaque confundat.* Cum ſinceritate cordis fateor, me nihil ſcire; ita ut in veritate dicam coram Deo, *Deus tu ſcis inſipientiam meam;* & coram hominibus id, quod dicebat de ſe egregius ille Scriba, & Doctor: *Ego autem inſipiens.* A bonitate Divina proceſſerunt benediſtiones, quas conſecutæ ſunt Deciſiones meæ de Sacra- mentis, ac Miſcellanæ, Erotemata, ac Diſcordiæ Forenſes? nec non Sacræ Geneſeos explica- tio; ex quibus omnibus tam Eccleſiaſtici, quam Laici profitentur magnam hauſiſſe utilitatem; & de quibus Divinæ Clementiæ humillimas ego gratias ago; hoc ipſum ſperans de his Juris Ca- nonici INSTITUTIONIBUS dicturus jugiter, *Benedicam Dominum, qui dedit mihi intellectum.*

Quinta tandem Cauſa eſt *Finalis*, ob quam VIÆ LACTEÆ aſſimilantur præſens Juris Ca- nonici INSTITUTIONES, nempe utilitas illorum, qui earum ſtudio vacabunt. Scribit Jo- annes à Sancto Geminiano in *Tract. de Exempl. & ſimilitud. libr. 1. cap. 34. Verſ. Tertia gratia*; quod GALLAXIA propter ſuam claritatem, & ſplendorem dirigit Navigantes, & itinerantes de nocte; & in ore omnium, tanquam proverbium eſt, quod VIA LACTEA eſt VIA ROMÆ. Sicut ergo

PRÆFATIO.

ergo ex attenta inspectione *VIAE LACTEÆ* navigantes per Oceanum securi perveniunt ad Portum, & qui iter agunt per terram læti intrant Almam Urbem, & Capitolium ascendunt; ita Studiosi *INSTITUTIONUM* harum ad Portum Laureæ Doctoralis certo, ac suavi itinere perveniunt; atque Dignitates, Prælaturas, Canonicatus, & Beneficia, quæ eruditus in Jure Canonico jugiter dispensantur, feliciter obtinebunt; quandoquidem Ecclesia indiget Viris Litteratis pro bono Animarum regimine. *cap. Super specula. Ne Cleric. vel Mon. cap. Cum ex eo. ubi DD. de Elect. in 6. & præcipue habentibus perfectam Sacrorum Canonum cognitionem. cap. de Persona. 11. q. 1. cap. Nulli Sacerdotum. dist. 38.* Canones enim sunt medulla Legum, & Theologiæ Moralis fundamentum; nec apti sunt regere Ecclesias, populosque eis subjectos in spiritualibus instruere, qui Sacros Canones ignorant, ut inquit Baldus in *cap. Cum causam. col. 2. de Probat.*

Igitur Studiosi Juvenes, ac alii Nobiles Viri ad Ecclesiasticas Prælaturas aspirantes, læto animo his *INSTITUTIONIBUS* dignentur incumbere; per eas, tanquam per *VIAM LACTEAM*, celeriter, ac facile ad intelligentiam Sacrorum Canonum perventuri; & ex illa amplissimas utilitates consecuturi, quas iisdem sincero corde auguror, spondeo, atque polliceor. Valete.

NOTI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Havendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del P. F. Tomaso Maria Gennari Inquisitore nel Libro intitolato: *Via Lactea, sive Institutiones Juris Canonici, Auctore Joanne Clericato*, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concedemo Licenza ad Andrea Poletti Stampatore, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, e præsentando le solite copie alle pubbliche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. 18. Settembre 1713.

[Giolamo Venier Kav. Proc. Reform.

[Francesco Loredan Kav. Proc. Reform.

Agostino Gadaldini Segret.

INDEX TITULORUM LIBRI PRIMI.

Tit. I.	De Jure Canonico.	pag. 1
Tit. II.	De Jure Divino, Consuetudine, & Constitutionibus.	2
Tit. III.	De Ecclesiasticis Constitutionibus.	3
Tit. IV.	De Jure Personarum.	5
Tit. V.	De Episcopis, & Summo Pontifice.	ibid.
Tit. VI.	De Electione.	6
Tit. VII.	De iis, qui eligere, eligere possunt.	7
Tit. VIII.	De Postulatione Prælatorum.	8
Tit. IX.	De Confirmatione.	ibid.
Tit. X.	De Consecratione.	9
Tit. XI.	De Receptione, & Auctoritate Pallii.	10
Tit. XII.	De Vita, & Honestate Prælatorum.	ibid.
Tit. XIII.	De officio Archidiaconi.	11
Tit. XIV.	De officio Archipresbyteri.	ibid.
Tit. XV.	De officio Vicarii.	12
Tit. XVI.	De Coadjutore.	ibid.
Tit. XVII.	De Chorepiscoporum usu sublato.	13
Tit. XVIII.	De Translatione.	ibid.
Tit. XIX.	De Renunciatione.	ibid.
Tit. XX.	De Depositione, seu Degradatione.	14
Tit. XXI.	De Sacerdotibus in inferiori gradu constitutis.	15
Tit. XXII.	De iis, qui sunt in Sacris constituti.	ibid.
Tit. XXIII.	De iis, qui sunt in minoribus Ordinibus constituti.	ibid.
Tit. XXIV.	De his, quæ sunt communia tam majorum, quam minorum Ordinum.	16
Tit. XXV.	De iis, qui promoveri non possunt.	17
Tit. XXVI.	De Præbendis, & aliis Beneficiis.	18
Tit. XXVII.	De Collationibus.	ibid.
Tit. XXVIII.	De Institutionibus, & Jurepatronatus.	21
Tit. XXIX.	De Clericis non residentibus.	22
Tit. XXX.	De Regularibus, ac Monachis.	ibid.